per quoſcunque anteceſſores ſuos, vel per Sedem Apoſtolicam fuerint conceſſa. Vnde per huiuſmodi indultum & per verbum innouamus, omnia priuilegia Religioſis in Nouo Orbe commorantibus ab aliis prędeceſſoribus data, ſcilicet à Leone, Adriano, Paulo, Clemente, ſunt nunc roborata. Et licet per verbum innouamus in priuilegio poſitum non detur nouum ius, vt eſt textus de Priuilegiis. cap. Exparte, & cap. Quia, ſed tamen per verbum innouamus, antiquum ius conſeruatur. Cum ergo priuilegia memorata ſuperius habuerunt ius, & firmitatem ſuam, vt eſt illud Leonis, & Adriani &c. ſequitur ꝙ nunc per Paulum. 4. per innouationem ꝙ illud ius antiquum conſeruatur, & non ſunt antiquata, neque ceſſauerunt, vt aliqui putant, ſed nunc illud antiquum ius conſeruatum eſt.

8 ¶ Secundo Paulus. 4. in hoc priuilegio approbat & confirmat ac de nouo concedit ipſis Religioſis quę per Imperatores, Reges & Principes fuerint illis conceſſa quomodocunque, & ſubquacunque forma, & expreſſione verborum ad eos pertineant: & dicit ꝙ cum ſuis clauſulis & decretis debent obſeruari & vult habere perpetuam firmitatẽ. Ex quo multa con-